

mentoⁱ in^k ecclesia faciendo nullum exquirant, donum, sed penitentiam quaerentibus cito succurrant et iurantes praedicent, ne in periurium cadant. Peccantes^l ergo, ut ad penitentiam veniant^m, invitandiⁿ suntⁿ et iurantes, ne periurent^o, admonendi^p. Si quis vero^q sacerdotum hoc, quod prohibemus, fecerit, canonicę sententię vindictam suscipiet.

XXI: QUOT^r STATUTIS^r TEMPORIBUS IN^r VICIS^r BAPTISMUS CELEBRATUR ET DE INFIRMIS BAPTIZANDIS.

Ut baptismus certis^u temporibus celebretur^v, pascha videlicet et pentecosten. Aliis quoque temporibus nullus baptizetur, nisi^w infirmi et in periculo mortis constituti et quos paganorum metus incursat^x. His itaque duobus temporibus, pascha et pentecosten, omnes^y sacerdotes^y ex cellis ad^z vicos^z conveniant et ibi officium peragentes baptizandos quosque^a baptizent. Et tunc ad^b proprias^b ecclesias cum suis baptizatis^c et^c ceteris^d subiectis, revertentes missarum sollemnia expleant. Et baptizati^e et qui eos^e a fonte baptismatis susceperunt^f omnes communicent. Et quamdiu in albis sunt, cotidie patrini^g ad ecclesiam eos deducant^h cum luminaribus et corpusⁱ etⁱ sanguinem domini usque in diem octavum cuncti percipiant. Si autem parvulus^k egrotans ad quem libet^l presbyterum quocumque tempore vel hora^m ad baptizandum deⁿ cuiuslibet parrochiaⁿ deportatus fuerit, statim eum baptizet. Si autem non fecerit et ille sine baptismo mortuus fuerit, sciat se pro anima eius rationem deo redditurum.

i) samento P. k) fehlt P. l) so Radulf, Peccante P; Penitentes L. m) viniant P.
n) fehlt P. o) korr. aus periurant L. p) amonendi P. q) fehlt P. r) QUOD P.
s) fehlt P. t) fehlt P. u) ceteris P. v) fehlt P. w) si über der Zeile nachgetragen L. x) incurrat P. y) omnis sacerdos P. z) a vicos P. a') quoque L.
b') a proprias P. c') fehlt P. d') cereis P. e'-e') baptizati eos qui P. f') susceperint P. g') patreni P. h') ducant P. i') fehlt L. k') parulus P. l') liquemlibet P. m') h über der Zeile nachgetragen P. n'-n') de cuiuslibet presbiterorum quacumque parroechia (e über der Zeile nachgetragen) P.